

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

sūt: et deo nō placēt. et oīb; hoīb; aduersantē:
 p̄hibentes nos gentilib; loqui vt salue fiāt:
 ve impleant peccata sua semper. Preuenit ira
 dei super illos vsq; in finem. Nos autem fra-
 tres desolati a vobis ad tempus ore. aspectu
 non corde: abundanti⁹ festinauim⁹ faciē v-
 stram videre cum multo desiderio: quoniam no-
 luimus venire ad vos. Ego quidem paulus
 et semel et iterum: sed impediuit nos sathana⁹
 Que est enim nostra spes aut gaudiū aut co-
 rona glorie. Nonne vos ante dominum no-
 strum ihesum xp̄m in aduentu ei⁹? Vos enim
 estis gloria nostra et gaudiū.

Capitulum

.iiij.

Quod non sustinentes a-
 plius. placuit nobis remanere a/
 themis solis: et misim⁹ thimothe-
 um fratrem nostrum et ministrum
 dei in euangelio xp̄i ad confirmandos vos et
 exhortandos pro fide vestra: vt nemo mouea-
 tur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis:
 q̄ in hoc positi sumus. Nam et cum apud vos
 essemus predicabamus vobis passuros vos
 tribulationes: sicut et factus est et scitis. Prop-
 terea et ego amplius nō sustinens nisi ad ag-
 noscendam fidem vestram: ne forte temptaue-
 rit vos is qui temptat: et inanis fiat labor no-
 ster. Nunc autem veniēt thimotheo ad nos
 a vobis et annunciantē nobis fidem et caritatē
 vestram: et quia memoriam nostri habetis bo-
 nam: semper desiderantes nos videre. sicut et
 nos quoq; vos: ideo cōsolati sumus fratres.
 in vobis in omni necessitate et tribulatione no-
 stra per fidem vestraz: quoniam nunc viuim⁹:
 si vos statis in domino. Quam enim grā-
 riam actionez possumus deo retribuere pro v-
 bis in omni gaudio quo gaudemus propter
 vos ante deum nostrum: nocte ac die abundā-
 tius orantes vt videamus faciē vestram et
 compleamus ea que defunt fidei vestre. Ipse
 autem deus et pater noster et dominus ihesus
 xp̄us dirigat viam nostram ad vos. Vos au-
 tem dominus multiplicet: et abundare faciat
 caritatem vestram in inuicem et in omnes: q̄
 admodum et nos in vobis ad confirmanda cō-
 da vestra sine querela in sanctitate ante deum
 et patrem nostrum in aduentu domini nostri
 ihesu xp̄i cum omnibus sanctis eius amen.

Capitulum

.iiij.

Ecetero ergo fratres rogamus
 vos et obsecramus in domino ihe-
 su: vt quemadmodū accepistis
 a nobis quomodo oporteat vos
 ambulare et placere deo sicut et ambuletis: vt
 abundetis magis. Scitis enim que precepta
 dederim vobis per dominum ihesum. Hec ē autē
 volūtas dei sanctificacō v̄ra vt abstineat⁹ vos
 a fornicacōe: vt sciat vnusq; v̄m vas suuz
 possidere in sanctificacōe et honore: nō in passio-
 ne desiderij sic et gētes q̄ ignorant deū. Et ne
 quis supergrediat⁹ neq; circūueniat in negotio
 fratrem suū: qm̄ vindex ē dñs de hīs omib;
 sicut predixim⁹ vob et testificati sum⁹. Nō enī
 vocauit nos de⁹ in immūditā: s; in sanctificacōez
 Itaq; q̄ h; spernit nō hoīez spernit s; deū: qui
 etiā dedit sp̄m suū sanctuz in nob;. De caritate
 autē fraternitatē nō necesse habuim⁹ scribē v-
 bis. Ipsi enī vos a deo didicistis: vt diligatis
 inuicem. Etenim illud faciūt in omnes fr̄es: in
 vniūsa macedonia. Rogam⁹ autē vos fr̄es vt
 abundetis magis: et op̄a detis vt q̄eti sitis. et
 vt v̄m negociuz agatis. vt op̄emini manib;
 v̄ris sic p̄cepimus vob: et vt honeste ambule-
 tis ad eos qui forsūt. et nulli⁹ aliqd̄ desidere-
 tis. Nolum⁹ autē vos ignorare fr̄es de dormi-
 entib;: vt nō tristēmi sic et ceteri q̄ sp̄em non
 habēt. Si enī credim⁹ q̄ ih̄s mortu⁹ ē et resur-
 rexit: ita et deus eos q̄ dormierūt p̄ ih̄m addu-
 cet cū eo. Hoc enī vob dixim⁹ in v̄bo dñi: qz
 nos q̄ viuim⁹ q̄ residui sum⁹: in aduentu dñi nō
 p̄ueniem⁹ eos q̄ dormierūt. Quoniā ip̄e dñs
 in iussu et in voce archangeli: et in tuba dei descē-
 det de celo: et mortui q̄ in xp̄o sūt resurgēt pri-
 mi. Deinde nos q̄ viuim⁹ q̄ relinquam⁹ simul
 rapiem⁹ cū ill' in nubib; obuiā xp̄o in aera: et sic
 semp cū dño erim⁹. Itaq; cōsolāmi inuicem in
 verbis istis.

Capitulum

.v.

Etemporibus autem et momen-
 tis fratres non indigetis vt scriba-
 mus vobis. Ipsi enim diligēt
 scitis: quia dies domini sicut fur
 in nocte ita veniet. Cum enim dixerint pax et
 securitas: tūc repentinus eis superueniet interi-
 tus sicut dolor in vtero habētis: et nō effugiet
 Vos autē fratres non estis in tenebr;: vt vos